



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 32. Gloriosum facinus Alvari Sandæi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

Sæc. XVI.  
A.C. 1560.

§. XXXII.

*Gloriosum facinus Alvari Sandæi.*

*Thuan. l. 26.* Interea Tunetanus Rex, qui jam du-  
num. 9. dum cum Hispanis amicitiam clam  
*Vertot hist.* fovebat, cum fortunam Turcis adspi-  
*de Malte* rare cerneret, quatuor triremes pani-  
*tom. 3. l. 12.* bus bis coctis onustas pro exercitus sui  
*p. 405.* alimento submiserat: cum ergo Alva-  
rus Sandæus arcis obseßæ Praefectus  
sua belli tormenta armamento ligneo de-  
stituta, & valla sua aggeribus Turcarum  
disjecta, suosque aquæ penuria labo-  
rare cerneret, ac reliquos milites mor-  
bis confectos, viribus exhaustos, ac  
languentes doleret, sibi per gladiorum  
acies viam aperire statuit, ne saltem  
inulte moreretur, si hostem vincere, aut  
repellere, adversæ fortunæ invidia pro-  
hiberetur: Igitur die vigesima septima  
Junii milites suos, ut pristinæ suæ vir-  
tutis memores essent, hortatur, ac quic-  
quid ad accendendos eorum animos effi-  
cax esse censebat, exponens, cum supe-  
ratis duabus fossis ad tertiam, in qua  
Bassæ tentorium erat, perveniret, ad  
strepitum Turcis somno excitatis, a  
suis per summam ignaviam derelictus  
est, unde retro per viam a quopiam ex-  
suis comitibus monstratam se se ad ar-  
cem ex parte maritima recipere coge-  
batur, mox tamen consensis triremi-  
bus,

bus, quæ ex naufragio residuæ apud Sæcul. XIV.  
arcem hærebant, auffugere parabat: A.C. 1560.  
cum vero a circumfusa scapharum multi-  
tudine undique cinctus esset, captus ad  
Pialim Bassam abducitur, qui Viri forti-  
tudinem miratus, eundem perhonorifice  
habuit, illumque sibi assidere jussit, pro-  
positis etiam amplissimis conditionibus,  
si Solimano operam suam addicere vel-  
let: Verum Sandæus id facere cum  
summa animi sui generositate recusabat.

### §. XXXIII.

#### *Insula, & arx a Turcis expugnatae.*

Capto Sandæo illi, qui in arcem sese Thuan. l. 26.  
recepérant, exeunte Mense Junio Sigan. in  
se Turcis dedidere, in captivitatem vita Andr.  
unaomnes abstracti: Bassa vero arcem  
ingressus cuncta munimenta solo æquari  
jussit, veritus, ne post suum discessum  
Christiani illam recuperare tentarent:  
igitur in hac infausta expeditione tam  
hostium gladiis, quam luis vehementia,  
aut servitutis calamitate ferme quatuor-  
decim Christianorum millia periérunt:  
insuper ex sola Hispanorum classe vi-  
ginti octo triremes, & quatuordecim  
naves onerariæ, præter Pontificis, ac  
duo Cosmæ Florentini Ducis navigia  
amissæ fuere: Petrus enim Machiavel-  
lus, qui Florentinæ classi præerat, cum  
hisce duabus triremibus quidem evase-

Pp 4

rat,